Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36452
Copyright: Melk, Benediktinerstift

si nullius perspicacioris miraculi cer
titudine fouerent. sed quod patent ad
huc in eo magna cum delectatione ac
ueneratione dicenda certioris rei mira
bilia que obscuriori dispensatione sta
ticium fiunt credibilia. Vir dei
aliquando iter agens per subiecta abbati
rohingo fuldensi. ipso abbate prebente
diuisorium et seruicium transegerat in quo
dam loco noctium temporis spacium. Postquam
uero transacto prandio ad recessum pau
sandi secessit. duo tantum cum eo gra
diebantur. unus camerarius qui lucernam coram
eo portabat. alter quidam familiaris
eius. qui et ipse hec nobis narrabat. Cum
ergo portitor lucerne coram eo extracto
lumine staret. casu - accedente ut se
pe fit lumen extinctum est. Turbabatur
camerarius. gressuque ueloci candelam
re accendere festinabat. et usque ad fo
res caminate peruenit. Cumque iam alta
manus candelam portaret. alta ianu
am circa aperiendam corripet. subito
candela inflammata est. ambosque
illos admiratio circumdedit ultra quam cre
di potest. Tremens ergo camerarius fe
stine regreditur. positoque lumine ad pe
des eius sanctissimos parauit procidere.
Vir autem dei. compescuit eum dicens. Sta
to ne cadas. sed age deo gratias. et me ui
uente in corpore. caue ne umquam alicui
dicas. Commonuitque eum plurimum iuramentum
super his uerbis. ut ne alicui quod factum
est dixerit. Quod si aliter feceris. a con
sorcio et gratia mea in eternum separaberis.
Ergo si factum istud intendimus. satis
iusto iudicio dei hoc euenisse perpendi
mus. ut qui numquam peccatorum tenebras
admitteret. preter quod ineuitabile est
humanitati. nec ad momentum felici
quousque me viam huius carnis ingredi videris

careret luce celesti lumine se illustrante.

Enuit ergo iam uir dei. qui nisi
maiora premia in morte laturus
pietatis sue merito numquam esset
moriturus. Ergo et etatis accessione et
infirmitatis senium consequentis succes
sione corporis molestia grauiori perurgente est.
Qui uisitatus a sancto uiro leone papa. ut
recuperande sanitatis gracia esu carnium
reficeretur. rogatus est. Obediuit. et come
dit. Sed quoniam ostium eius semper patu
it uiatori et peregrino. uespere sero. et mane
primo. quidam peregrinus monachus ad eum
uenit susceptusque est. et ad mensam ductus.
Cumque pisces ibi deessent. eo quod episcopus
carne uesceretur. monacho illi carnis pul
mentum episcopo iubente appositum est. Qui
oblitus sentencia saluatoris qua ait.
manducate que apponuntur uobis. carnes
horruit. monachusque signis et nutibus
quibus potuit pontifici innotuit. Quem
in seipso perpendens episcopus. et seipsum ostendit
monachum fore et tamen carnes comede
dixitque. Frater. pisces nobis desunt. nostra
licencia manducate que apud nos sunt.
Sed ille nescius obedienciam summam
esse uite monastice studiosus continentie
sectator fuit obediencie. Videns autem
antistes eum non acquiescere. manu extensa
sancte et indiuidue trinitatis nomine. ter sancte
crucis signum fecit. et nata uis sui obli
uiscente. mirabiliter carnem conuertit
in piscem. pulpam scilicet carnis. in fragran
tem suauissimi esocis. Expauescente igitur
monachum et ad pedes eius procidere para
tum. per tempus permisit. alsque in epi
uit. docens cunctis diuine seruitutis summam
esse obedienciam. Propter quod inquit et Christus factus
est obediens usque ad mortem patri.

Requirimus fortassis inter dona